

1713 [= 1572] Beneventi in Sophiae turri campanaria MET. similiterque RELIQVI. — Sub porticu S. Deodati GRVT. errore.

Q · CAESELLIVS · Q · L · SVRVS	Q · CAESELLIVS · Q · L
MERCATOR	PAMPFILVS · PATRONVS
DOMATIA · Q · L · FAVSTA	DOMATIA · Q · L · TALIA
C · DOMATIVS · Q · L · PYLAX	PATRONA
5 MERCATOR	ALBANVS · DELICIA
Q · CAESELLIVS · SVRVS · ET · DOMATIA · TALIA	
VIVI · SIBI · ET · SVEIS · FECERVNT	

Grut. 965, 7 e. Verdero eodemque exemplo Vallambertus apud Metellum Vat. 6039 f. 364^{b'}; Accursius II n. 20; Gualterus n. 59; Verusius R. f. 67, B. f. 37 (inde de Vita cl. VIII n. 6 cf. p. 166; ex eo Donat. 317, 5); Barb. 30, 135 f. 19'. 25. A prioribus Garrucci Ben. p. 161.

I, 4 C·L Ver. (Rom. m. 1). — PYLAX Acc. Barb. 19 Ver., PILAX Barb. 25, PYIAX Gualt. — II, 1 Q·L Gualt. Ver. (Rom. m. 1), D·L Acc. Ver. (Rom. m. 2, Ber.), Barb. 25, Q·L Barb. 19. — Exemplum Gruteri Metellique ipsum subieci, quoniam hinc praesertim, maxime ex versuum divisione falsa, sed apud utrumque aequabili certissime colligitur pendere eos ab auctore communi: Q·CAESELLIVS·Q·L·SVCVS· (Grut. Met. 2, SVTVS Met. 1, SVRVS Met. 3) Q·CAESELLIVS·Q·L·MERCATOR·PAMPFILVS·PATRONVS (PATERNVS Met.) ·DOMATIA·Q·L·FAVSTA·DOMATIA·Q·L·TALIA·C·DOMATIVS·Q·L·PIAX·PATRONA·MERCATOR·ALBANVS·DELICIA·Q·CAESELLIVS·SVCVS (SVRVS Met.) ET (EX Met.)·DOMATIA·TALIA·VIVI·SIBI·ET·SVEIS·FECERVNT. — Barberini errores inutiles omisi.

Fecerunt sepulcrum coniuges Q. Caesellius Q. l. Surus et Domatia Q. l. Talia sibi ita, ut maritus praeterea patrono locum daret, uxor libertis duobus Faustae et Phylaci; quapropter et in mariti patrono et in uxore patroni vocabulum adscribitur, quippe quorum simul nominentur liberti.

1715 [= 1590] Beneventi in S. Petro RED. in aedibus Thomae Hieremiae GRVT.

A · CLODIO A · F · MEDICO
DEMETRIVS · LIB · SIBEI · ET
CLODIAI · A · L · ALEXAND · ET
CLODIAI · A · L · GLYCERAI
5 H · M · H · N · S

Duo exempla extant alterum Rediani libri f. 117['] n. 14, alterum Franci Cic. n. 12 et apud Accursium n. 7 et apud Grut. 633, 8 e Verdero (inde Verusius B. f. 30; de Vita p. 208 et cl. VIII n. 3) et apud Metellum Vat. 6039 f. 364 e Vallamberto, si quidem et hic pendet ex Franco.

1716 Beneventi. E domo Bisogni prope oratorium divi Augustini venit in lyceum PALL.

M · EGNATI
M · L · PAMPHILI
CARBONARI
IN · FR · P · XII
5 IN · AGR · P · X

Descriptus Heydemann, Hirschfeld, Pallante, ego. Heydemann *Bullett. dell' inst.* 1868 p. 100; Garrucci Benev. p. 158.

1721 [= 1658] litteris antiquis. Beneventi in Sophiae MET.; in pavimento add. ACC. GVALT. Hodie in lyceo.

P · MARCIVS · P · L
PHILODAMVS
TECTOR · SIBI ·
SVEISQVE · HIC
5 IVCVND · SEPVLTA
EST · DELICIA · SVS

Descripti. Francus Cic. n. 5; Sim. Vallambertus apud Metellum cod. Vat. 6039 f. 364['] (inde Smet. ms. Neap. p. 271, ed. 99, 8 ab amicis; Manutius orth. 282, 7; Panvinius Vat. 6035 f. 146; Ligorius Taur. 4; Grut. 642, 10 e Smetio); Accursius II n. 22; Gualterus n. 61; Barb. 30, 135 f. 26[']; de Grosso f. 9[']; Verusius R. f. 17, B. f. 38; Pacichelli *mem. de' viaggi* 1685 t. IV p. II p. 184, *lett. fam.* 1, 82; de Vita cl. VIII n. 40 (inde Donat. 320, 6); Garrucci Ben. p. 160. Orelli 4288.

Hodie principiis versuum imminutis l. 5 primae litterae deficiunt.

1717 [= 1610] Beneventi iuxta aedes I. Ferrelli VALL. domi quae est caupona dicta Anglicana VER. (Ber.), in quodam diversorio sub platea VER. (Rom.), prope forum venale via inferiore DE VITA.

D · M
ET · MEMORI
AE · EPIGONI
ACTORIS
5 FIDELISSIMI

Vallambertus apud Metellum Vat. 6039 f. 364[']; Verusius R. f. 78, B. f. 38 (inde de Vita cl. VIII n. 8 et ex eo Donat. 318, 3; Garrucci Ben. p. 159).

1718 [= 1810] litteris antiquis, sed evanidis. Beneventi in ecclesia cathedrali.

QVIA ALMOI // I
HERMIONA · SCAVRA
C // // I NEPOS SYROPHOENIX
VIVOS FECIT

Descripti ego, recognovit post Hirschfeldium Dressel et explevit.

1714 [= 1583] Beneventi in limine portae arcis GRVT. in domo D. Caesaris Ciffi ADSCR. AD GVALT. prope Roscios VERVS. DE VITA.

D · M · S
M · CASINEIO
PAETO
MEDICO · CASI
5 NEIA · ARTEMISIA
COIVX · CVM · QVO
VIXIT · ANN
XXV · B · M · F

Redianus f. 119['] n. 36; Francus Cic. n. 17 et apud Grut. 633, 4 e Verdero; Accursius II n. 25; Gualterus n. 64; Verusius R. f. 71, B. f. 30. Ab his Pratilli p. 447; de Vita p. 208 et cl. VIII n. 4; Garrucci Ben. p. 157.

3 IAETO Red. — 6 CONIVX Ver. — 7. 8 ANN XXV · B · M · F Red. Franc. Acc. Gualt., ANN XXV (ANNOS · XXXV Rom. m. 1) · ET · MENSEM · I Verus.

1719 [= 1652] Beneventi domi Terragnoli vicarii templi VER.

M · LVCILIO · M · L
DIOCLI · TIBICIN
ARTIFIC · ORGAN
LIBERTIS · ET · LIBERTAB
5 EIVS · ARBIT · · ·
M · OFILLI · TERTI

Servavit Verusius R. f. 123, B. f. 38. Inde Pacichelli *lett. fam.* 1, 71; de Vita cl. VIII n. 14 (ex eo Donat. 320, 5). Orelli 4258.

Alter titulus eiusdem M. Ofilli Terti positus Aeclani legitur n. 1309.

1720 Beneventi apud sutorem.

MARCII · F
SERMONIS
VASCVLARI
IN · FR · P · XVII
5 IN · AG · P · XVII

F. Corazzinius misit Henzeno a. 1876 edititque in *annal. musei Beneventani I* (1876) p. 23.

1722 [= ad 1658] Beneventi prope S. Arthellam.

p · MARCIUS · p · l.
PHILODAMUS
... TECTOR ...
... ERO ...

Servavit Verusius R. f. 17, B. f. 38 (inde male de Vita cl. VIII n. 12, recte Garrucci Ben. p. 160).

2 fin. hiatus non adnotatur.